



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatus De Iurisdictione Episcoporum Germaniae

Wintzler, Christoph

Coloniae, 1614

41. An omisso medio possit appellari?

urn:nbn:de:hbz:466:1-10387

An omisso medio appellari potest?

1. **D**ifferentia est inter jus canonicum & ciuile, inter Pontificem & Imperatorem.
2. Appellatio in foro ciuili omisso medio tenet, si is, cuius interest, nihil opponat.
3. Per pactum inter partes appellatio tolli potest.
4. An statuto tolli possit?

1. **D**IFFERENTIA est inter jus canonicum & ciuile, inter Pontificem & Imperatorem, Pontifex appellari potest, omisso medio, *c. ad romanam. c. quoties. c. ideo. 2. q. 6. c. si duobus. c. sollicitudinem. gl. & Dd. in c. dilecti. 66. x. de appellat.* Imperator non nisi gradatim, *l. Imperatores. ff. eod. ordinat. Camer. part. 2. tit. 29. in prin. Gail. lib. 1. obs. 119. num. 2.* rationem differentie inquit. *Speculat. in tit. de appell. §. nunc tractemus.*
2. *Vers. & nunquid.* si autem is, cuius interest, nihil opponat, etiam in foro ciuili appellatio omisso medio facta tenet, *Myns. Cent. 1. obs. 67. Dd. in d. c. dilecti.* quorum opinio communis est, *Couar. pract. quest. cap. 4. num. 9.* Exinde appellationes ab Episcopis, eorumque Vicariis, præterita sede metropolitana interpositas, *de quib. tit. preced.* si non excipiatur, retineri videmus, cum
3. per pactum inter partes appellatio, tacite vel expresse tolli queat. *l. fin. §. fin. C. de tempor. appell. Marant. par. 6. act. 2. num. 373.* An autem
4. statuto? variant Dd. opiniones, *vt ait Gail. lib. 1. obs. 135. num. 12. At Bart. in l. omnes populi. num. 27. ff. de*

ff. de iust. & iur. hoc modo distinguit, aut statu-
 tuentes habent jurisdictionem primæ & secun-
 dæ appellationis, & valet statutum, *l. 2. §. exa-*
elis. ff. de orig. iur. quia disponit de his, quæ ad
 jurisdictionem statuentium pertinent, aut ha-
 bent jurisdictionem primæ appellationis, aut
 nullam, ita quod appellatio ad superiorem de-
 uolui debeat, & non valet, sicut nec de jure ca-
 nonico, quo omisso medio appellatur, quia ten-
 dit in præiudicium superioris, *c. 2. x. de maior. &*
obed. c. venientes. vbi Dd. x. de iure iur. & ex ea ratio-
 ne non posse inferiores statuto appellationem
 tollere vel impedire, communiter receptum re-
 fert, *Ripa. in c. 1. num. 45. x. de restitut. teste Cornel.*
Brederod. in tract. de appell. part. 1. tit. 11. verb. infe-
riores, & verb. priores populi, prout nec in Ca-
 mera tale statutum attenditur, *Gail. d. num. 12.*
Mynsing. Cent. 1. obs. 14.

TITVLVS XXXII.

An in causis secularibus recte appelle-
 tur ad Pontificem.

1. Pontifex quoad causas seculares nihil sibi ju-
 risdictionis assumit.
2. De facto & consuetudine Ecclesiastica appellatio
 à Iudice civili ad Pontificem interposita te-
 net.
3. In Camera imperiali appellans ad Pontificem e-
 iusque Iudicium prorogans non auditur.
4. Appellatus, qui iudicium non agnouit, supplicans
 auditur.

Cum